Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti

Gellius, Aulus

Venetiis, 1515

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-724024

Visual Library

AVLI GELLII NOCTIVM
ATTICARVM LI-
BRI VNDEVI
GINTI.

Landesbibliothek Oldenburg

IOANNES BAPTISTA EGNATIVS VENETVS ANTONIO MARSILIO VENETO RARAE PROBITATIS AMICO. S. P. D.

Optima, inquit Pindarus, est aqua: sed aurum, ut ignis, noctu candens, cæteris opibus anteferri debet. Ille uero ingenio suo forsitan indulgens hoc dixerit: mihi longe melior, ac probabilior ea uisa sententia: quæ amicitiam, ut rerum omnium optimam, cæteris anteferendam rebus existimat. qua nihil homini ab immortalibus Dijs dari melius, excepta sapientia, potuit. Itaq; non aqua, non igni, non aere, pluribus in locis nos uti q̃ amicitia, recte dictum est. Quæ si perfecta ulla est, & rerum omnium inter paucos cum summa charitate consensio: quid ipsa præstabilius, aut optatius hominum uitæ esse possit: non uideo. Id ego, quàm uere dictum sit, quam'q; ad humanæ uitæ usum accommodate: ex quo te mihi uirtus quædam egregia tua conciliauit: me'q; tibi uicissim nonnulla fortasse probitatis, atq; eruditionis opinio de me: uix explicare tibi habeam, quantos ego fructus ex amicitia, beneuolentia'q; tua percæperim: quàm iucunda consuetudo, & optata mihi semper fuerit tua. neq; solum id ego sentio: sed Academici planè omnes nostri fatentur: Quibus nihil esse gratum, iucundum'ue potest: nisi Marsiliana illa gratia, ac candor accesserit. Quare lætari admodũ,

EX BIBLIOTHECA OLDENBVRGENSI.

Landesbibliothek Oldenburg